



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 42. Xaverii Amangucii male habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

„ nomen daturi essent: Utinam brevi ^{Sæcul XVI.}
„ hoc idioma addiscere possem, tum ^{A.C. 1550.}
„ enim Ecclesiæ obsequium præstare
„ potero, nunc autem inter hosce insi-
„ deles perinde, ac statua verfor. At-
tamen mirum videtur, quod Deus,
cum Xaverio, prout vitæ ejus Historici
testantur, donum miraculorum in tam
eminenti gradu concederet, linguarum
tamen gratiam denegaverit adeo necef-
fariam, atque ex omnibus donis ma-
xime utilem, qua dotatus ad Aposto-
lorum imitationem tot Paganos ad E-
vangelii fidem perducere potuisset. Ve-
rum Deus dona sua distribuit, prout
vult, ac non raro contra ipsum ordi-
nem, quem nostro judicio magis ex-
peditum crederemus.

§. XLII.

Xaverius Amangucii male habitus.

Ceterum doctrinæ, quam Sanctus an-
nuntiabat, novitas brevi animos con-
citabat, nam multi quidem eam pronis
auribus excipiebant, alii autem pere-
grino Prædicantis habitu offensi illam ^{Tarselin. l.c.}
contemnebant, nec pauci quoque pa-
lam procacius Xaverium irridebant;
quocirca per vias euntem non raro ve-
lut insanum, menteque captum copio-
sa puerorum, ac infimæ fortis homi-

Hist. Eccles. Tom. XL.

O num

Sæc. XVI. num turba in sequebatur, qui suis ser-
A.C. 1550. monibus illudentes ea, quæ ab ipso
perceperant, Christianæ fidei mysteria
sigillatim per jocum, ac ludibrium re-
petebant. Hæc ille omnia non tam con-
tumeliam, quam contumeliæ caussam
reputans æquo, lætoque ferebat animo:
cum autem postea ad Regem accersitus
esset, mox ad illius Palatum accessit,
necnon eidem genus, caussamque sui
in Japoniam adventus percontanti re-
spondit, quod ipse natione Navarrus il-
luc unice legis divinæ prædicandæ cau-
sa venuisset, ac ipsos viam salutis edoce-
re intentus esset. Postmodum Chri-
stianæ Religionis summam explicans
potiorem sui libri partem per integrum
ferme horam prælegit. Attamen Rex hu-
jus Sancti sermonem flocci pendens au-
diendis sacris veritatibus sibi annuntia-
tis animum occludebat; cum ergo Xa-
verius haud operæ pretium ratus in ea
urbe diutius versari, in qua Evangelii
semen radices agere haud posset, seque-
tanquam in anum, ac vagabundum ha-
beri cerneret, Meacum pergere decre-
vit, quo etiam hyeme prope exacta
Anno Domini millesimo quingentesimo
quinquagesimo primo pervenit, quam-
vis ibidem Apostolicis suis conatibus,
haud magis secundus adspirasset suc-
cessus,

cessus, prout in Historiæ progressu per-Sæcul XVI.
spiciemus. A C. 1550.

§. XLIII.

Sanctus Ignatius Ordinis sui propagationi intentus.

Interea pro parte sua Ignatius Ordinis *Bouhours vi-*
sui propagationi toto studio incubuit, em de S Ig-
eumque in Siciliam, Africam, atque ^{nate l. 4.} Orland. l. 9.
*Americam diffudit, necnon eundem ^{Orland. l. 9.}
^{n. 3. 4. & 20.}*
non sine animi sui jubilo in ipsis etiam
Indiis Orientalibus promovente Lusita-
no Rege florescere vidit. Evidem Pro-
fessorum domus ad extremam redigeba-
tur egestatem, mortuo Paulo III., qui
statas, largasque in usus Patrum ele-
mosynas erogabat; verum Cardinales
inter ipsis creandi novi Pontificis curas
Ignatii memores magnam pecuniarum
summam dono submiserunt, aliique su-
am erga illum liberalitatem crebro spe-
cimine testataam reddiderunt, unde Ig-
natius hisce subsidiis adjutus in sociis
suis literarum amorem sollicite enutrire
curabat, totamque societatem scientia-
rum excellentia percelebrem reddebat:
quimmo Messinenses, ac Panormitani
Magistri singulis hebdomadibus de re-
bus suis ad Ignatium accurate prescri-
bere tenebantur; præterea præcepit
Ignatius, ut ex ipsis Hispaniis omnes,

O 2

tam